

Aquilegensi, que pignorata longo tem-
pore per incuriam pastoris fuit Venetis,
quam isti Veneti hodie servant pro precio ^{et ipsi}
so thesauro. Iste primo cepit contrahere
amicitiam et pacta cum Venetis.

Volkerus patriarcha beatus redit annis XIII.
Hic ab Henrico V et Ottone III confirmatio-
nes privilegiorum obtinuit et coram eis et
eciam coram Frederico II marchionatum Istrie,
quem tunc quidam Bavarie, Ludovicus nomine,
tenebat, per principum sententias obtinuit
et resignatione facta per dictum Ducem de
hujusmodi marchionatu per omnes tres impera-
tores successive investitus est dictus patriarcha
de dicto marchionatu. Cui eciam Otto pre-
dictus Montemilicis donavit. Illic multa
sanctitatis opera in vita sua fecit, que Deus
post ejus mortem ostendit. Nam ejus archa
marmorea in Aquilegensi ecclesia in aere
pendebat visibiliter stans circumquaque per
quatuor digitos super terram; aunc autem
uno angulo terram tangit modicum, alio
ang.